Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



omnia facta sunt.
Qui propter nos homines et propter
nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria
virgine: et homo factus est. Crucifixus etiam
pro nobis sub ponctio
pylato: passus et sepultus est. Et resurrexit tercia die secundum scripturas. Et
ascendit in celum sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria:
iudicare vivos et mortuos. Cuius regni non
erit finis. Et in spiritum sanctum dominum et vivificantem.
Qui ex patre filioque
procedit. Qui cum patre
et filio simul adoratur et conglorificatur.
Qui locutus est per
prophetas. Et unam
sanctam catholicam
et apostolicam eccle-
siam. Confiteor unum
baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem
mortuorum. Et vitam
venturi seculi Amen

Sequitur missa
pro defunctis

Requiem eternam dona eis
domine: et
lux perpetua
luceat eis ℣ Te decet
hymnus deus in sy-
on et tibi reddetur
votum in ierusalem: